

INTRODUCTIO.

Equidem decantata jam dudum est cantilena de cœlibatu clericorum. Verum cum plures novatores, ac polyhistores illuminati hujus, si fabula vera, seculi priscum canticum recanere gestiant, quo pro more suo occasionem nanciscantur, cœlibatum non militum, qui & tempore Romanorum, ut **DIO CASSIUS** (a) scribit, ex lege uxores habere nequibant, sed clericorum criminandi, ejusque abrogationem quasi publicæ utilitati ancillantem suadendi, exigendi, ac præscribendi; quid verat, quominus & nos occinamus? Iccirco tamen haud sedet repetere quæstionem, an cœlibatus sacris ordinibus jure divino, vel apostolico, vel solo ecclesiæ decreto annexus, siye an lex perpetuæ continentiæ sacris ministris a **CHRISTO**, atque Apostolis imposita sit; quippe cum hanc inter plurimos alios **BELLARMINUS** (b) **GONZALEZ TELLEZ** (c) **LUPUS** (d) **THOMASSINUS** (e) **NATALIS ALEXANDER** (f) **RUPPRECHT** (g) nec non doctissimus **D. ZACCARIA** (h) jam tum plena manu pertractarint, discussserint, atque exhaurierint, ita, ut me iudice non sit, quod addi mereatur. Sed impresentiarum tantummodo Græcorum, ac Latinorum Patrum sententia, summorum Pontificum constitutiones, ac sacrosanctorum Conciliorum canones conglutinare juvat, ut facilius dijudicari valeat, queis rationibus, atque auctoritatibus clericorum cœlibatus & quondam nixus fuerit, & hodieum adhuc nitatur.

Dabam Duffeldorpii quarta Nonarum Novembris MDCCLXXXV.

(a) *Histor. Roman. Lib. LX. p. m. 678.*

(b) *De Controvers. Christian. Fidei Tom. II. Lib. I. de Clericis Cap. 18. & 19.*

(c) *In Commentar. in Cap. 1. X. de clericis conjugat.*

(d) *Synodor. General. Tom. III. pag. 3. & seqq. Bruxellis MDCLXXIII.*

(e) *De veter. & nov. Eccles. disciplin. Part. I. Lib. II. Cap. 60. — 66.*

(f) *Histor. Eccles. Tom. IV. pag. 439. — 477. Ferrariæ MDCCLIX.*

(g) *Not. Historic. in univers. Jus Canon. Lib. III. Tit. III. §. 4. & seqq.*

(h) *Storia Polemica del celibato sacro. Hujus compendium, siye extractum*

tractum Germanicum D. Referendarius DREYSIG edidit sub titulo: Polemische Historie des heiligen Cälbats, welche einigen zu diesen Zeiten herausgekommnen Schriften entgegen gesetzt wird. Ein Werck des Abts Franz Anton Zaccaria Auszugsweise aus dem Itaenischen übersezt. Bamberg und Würzburg, 1781. Conferatur anonymus Schediasmatis: Bruder! Was hältst du wohl von dem Verbothe der Priester-Ehe, oder von dem ehelosen Leben der Mönchen, Nonnen, Ordens- und Weltpriester in der römisch-katholischen Kirche? Wien 1782. Nuperimus autor *des Observations philosophiques sur les principes adoptés par l'Empereur dans les matieres ecclesiastiques Sect. XV. pag. 74.* compendiose differit. "Le célibat des Prêtres, & des Religieux, est encore une institution qu'on ne cesse de decrier. Ainsi on accuse les Prêtres d'un usage qui est utile aux pauvres, & qui n'est onereux qu'aux Prêtres mêmes. On ne fait pas attention, 1. que c'est principalement pour ménager le revenu des pauvres, que l'Eglise n'a pas permis à les Ministres, d'avoir une femme & des enfants: 2. que les enfants des Prêtres seroient exposés, comme ceux des Ministres des autres Religions, à manquer de bien & d'establissemens, à la mort de leurs parents: 3. que cet inconvenient seroit d'autant plus funeste, que ces enfants accoutumés à l'aissance, ne pourroient manquer du nécessaire, sans péril pour leurs moeurs. 4. que, dans l'état où se trouve la plupart des gouvernemens, le défaut de population, s'il est vrai qu'il résulte du celibat des Prêtres, ne peut être nuisible aux sociétés, puisqu'il n'y a déjà que trop de malheureux: 5. qu'il est tout au moins absurde de condamner le célibat utile, & volontaire des Prêtres, & des Religieux, tandis qu'on force au célibat, des millions de soldats qui ne demanderoient pas mieux que de se marier, & qui, pour remplir ce besoin naturel, portent & entretiennent la corruption dans le sein des sociétés.